

Absentes nec accusari, nec judicari possunt.
Absentis nec accusari, nec judicari possunt, nec sententia, absente alia Parte, à Judice dicta ullam obtineat.
 § PITH. 14 Absente.] Paul. sent. 5. cap. 5.
 XII. Item NICOLAUS Papa Gallioni 15 Archiepiscopo Senensi V. [Imò VVenioni Archiepiscopo Senonensi, c. an. 862. Romà in Galliam.]
 Altera Parte absente, diffinitiva non feratur sententia.
 Nisi in crimine injuriarum, in quo illustris persona etiam per procuratorem intendere, & excipere potest, feratis ceteris solemnitatibus, ut Cod. tit. de injuriis, l. ult.
 XIX. Item PELAGIUS Papa Sindula 20 Magistro Militum. [fortè c. an. 557. Romà.]
 Reo absente libellus accusationis frustra offeratur.
 Charta, quas dedit nobis Lucidius, si illo tempore ad veritatem ipsius illic profers fuisset, valida erant. Sed quia Adversario absente gesta, que nobis recentius, facta leguntur, talia Leges non recipiunt.
 § CORR. ROM. a Sindula.] Ivo p. 8. c. 67. refert aliud quoddam caput Epistolæ à Pelagio ad Sindulam Magistrum militie scripta.
 § PITH. 20 Sindula.] V. C. Sindula.
 XX. IDEM Decorato patrio. [fortè c. an. 557. ibid.]
 Testes corporaliter prestato juramento testimonium dicant.
 Hortamur, ut sub timore Domini consuetam conscientie vestre sinceritatem in hoc quoque negotio conservantes, omnem personam, que veritatem causæ scire possunt, faciatis amputari formidinem, & vestris presentariis conspectibus, tactis Sacrosanctis Evangelicis, præbito etiam legitimo Sacramento, que in veritate rerum noverunt, professione fidei testimonio aperiant, ut patefactis omnibus, que secundum Leges, & iustitiam censenda sunt cognoscatis, & competentem Legibus, & veritati terminum detis.
 XXI. Item NICOLAUS Papa I. Hincmaro Remorum Archiepiscopo. [c. an. 865. Romà in Galliam.]
 Accusator, & accusatus simul debent adesse.
 Necessè est secundum sacramentum 21 Scripturarum documenta, ac secundum iustitiam tramitem 22 & accusatum & accusatorem simul adesse, & unam Partem, quantumque, & quicumque prædita sit autoritate 23, sic prorsus audiri, ut alteri Parti nullum præjudicium irrogetur.
 § PITH. 21 Sacramentum.] Add. V. C. omnia.
 22 Tramitem.] V. C. tramitem.
 23 Autoritate.] al. veritate.
 AN DEFICIENTES IN PRIMO CAPITULO SINT ADMITTENDI AD SEQUENTIA.
 QUESTIO X.
 Quid verò deficientes in primo capitulo non sint admittendi ad sequentia, confirmatur.
 § CORR. ROM. a Deficientes.] In vulgatis codicibus legebatur, testes deficientes: sed expuncta est vox, testes, que abest à plenitudo veteris codicibus. Quæ enim in hac Quæstione afferuntur, non ad testes, sed ad accusatores pertinent. Et superius initio Causæ in propositione hujus Quæstionis decimæ, nulla est mentio testium.
 I. EX CONCILIO CARTHAGINENSIS VII. in quo sic cap. 3. statutum legitur. [an. 419. in Africa.]
 Qui in primo capitulo desit, ad cetera non admittatur.
 Placuit, ut quotiescumque Clericis ab accusatoribus multa crimina obijciuntur, & unum ex his, de quo prius egerint, probare non valuerint, ad cetera jam non admittantur.
 PROBATUR ILLUD IDEM AUTORITATE
 II. ARELATENSIS CONCILII II. in quo sic cap. 24. diffinitum est. [an. 452. in Gallia.]
 Qui falsa fratribus obijciunt, usque ad exitum non communicentur.
 EOS, qui falsa Fratris capitula 24 obijcisse convicti fuerint, placuit usque ad exitum non communicare, ac 14. poenitentiam.
 § PITH. 1 Falsa.] V. C. falsi.
 2 Capitula.] 3. V. C. capitula.
 III. Item FELIX Papa I. in secunda Decretali Episcopis Gallie. [an. 268. Romà in Galliam.]
 Qui,

AN EXCOMMUNICATUS ALIUM ACCUSARE VALEAT.
 185
 Cui, quod obijcit, probare non valet, de cetero ad arguentium non admittitur, nisi propriam causam civilem demandat asserere voluerit.
 Si accusator e personæ in iudicio Episcoporum culpabilis apparuerit, ad arguendum Episcopos de cetero non admittatur, nisi proprias causas asserere (non tamen criminales, vel Ecclesiasticas) voluerit.
 § CORR. ROM. a Episcopos de cetero.] Voces istæ absunt ab omnibus veteris codicibus, & ceteris locis indicatis. Autor tamen casus eas habuit, & ponderavit.
 CUM ergo qui falsa Fratribus obijciunt, usque ad exitum vite à communione prohibentur, cum illi, qui in Episcoporum iudicio culpabiles inveniuntur, ad arguendum de cetero admitti prohibentur; apparet, quod in primo capitulo deficientes, tamquam fallorum objectores ad sequentia procedere non valent.
 AN ACCUSATO LICEAT ACCUSATIONEM IN ACCUSATOREM VERBERE.
 QUESTIO XI.
 A B accusato vero accusationem in accusatorem verti, multorum auctoritatibus prohibetur. Ait enim
 I. STEPHANUS Papa I. Epist. 2. c. 7.
 [an. 255. Romà ad omnes Episcopos.]
 Accusati, nisi prius se purgaverint, alios accusare non possunt.
 Neganda est 21 accusatis licentia criminandi, priusquam se crimine, quo premuntur, exuerint: quia non est credendum contra aliorum confessioni, qui criminibus implicati sunt, nisi se prius probaverint innocentes: quoniam periculosa est, & admitti non debet Rei adversus quemcumque professio.
 § PITH. 1 Neganda est.] Anianus l. 12. Cod. Tb. de inf. non est accus. Ivo Epist. 109. tribuit Stephano.
 II. CODICIS lib. 9. tit. 1. l. 19. d. Imp. Valentinianus, Valens, & Gratianus, AAA. [an. Chr. 374. Caruntii.]
 De eodem.
 Neganda est accusatis (qui non suas, suorumque injurias persequuntur) licentia criminandi in pari, vel minori, priusquam se crimine, quo premuntur, exuerint, secundum scita veterum Juris Conditorum: ita tamen, ut & ipsi inscriptiones contra eos etiam pendente accusatione deponere possint.
 III. Item EX DECRETO Hadriani Papæ, c. 33. f. [an. 785. Romà in Galliam.]
 De eodem.
 Non est 22 credendum contra aliorum confessioni, qui criminibus implicati sunt, nisi se prius probaverint innocentes: quia periculosa est, & admitti non debet Rei adversus quemcumque professio.
 § PITH. 2 Non est.] Anianus l. 12. C. Tb. de accus. Citatur à Celestino III. c. 1. de except.
 GRATIAN. Hoc autem intelligendum est in pari, vel minori crimine. Ceterum si de majori crimine cum accusare voluerit (veluti, si accusatus de fornicatione, de perjurio, de homicidio, vel simonia, vel quolibet alio hujusmodi crimine accusatorem suum impetere voluerit) his auctoritatibus non prohibetur.
 § I. Aliquando enim criminalis quæstio præjudicat civili, aliquando criminali. Unde in lib. 3. Codicis, tit. de ordine iudiciorum, lege quarta, legitur, Civili quæstione intermissa læpè fit, ut de crimine iudicetur; quod, utpote majus, minori merito præferatur.
 § CORR. ROM. a Aliquando criminali.] Antea legebatur, aliquando civilis criminali, expuncta est dicitio, civilis, autoritate veterum codicum. Nam hic tantum agitur, quando causa criminalis civilis, aut criminali præjudicat. In sequenti autem c. §. aliquando civilis, exponitur, quando civilis, & civilis, & criminali præferatur.
 IV. Item CODICIS, lib. 9. tit. m. Qui accus non possunt, l. 1. [an. Chr. 196.]
 Prius est, ut criminibus, que tibi, ut graviora ad Adversario tuo obijciuntur, cædis atque vulnerum, respondeas: & tunc ex eventu causæ Judex æstimabit, an tibi permittendum fit eundem accusare, tametsi prior inscriptionem deposuisti.
 GRATIAN. ALIQUANDO civilis præjudicat civili, aliquando criminali. Sicut enim in septimo lib. Codicis, tit. de ordine cognitionum, l. si de hereditate, legitur. Si de hereditate, & libertate controversia est, prius agi causæ libertatis debet. Item lege sequenti. Si crimen aliquod inferatur ei, qui ingenuus esse dicitur, ante liberalis causa suo ordine agi debet, cognitionem suam Præfide præbente: quoniam necesse est ante scribi, ut in servum constitit oportet, utrum ut in liberum, an ut in servum constitit oportet iudicium. Item P. §. 2. Qui constititur se pati controversiam statuit, frustra postulat sibi dari potestatem accu-

cusandi eum, qui se suum Dominum esse fatetur. Causa vero liberali terminata, si Servus pronuntiatus fuerit, Dominum suum accusare non poterit. Codicis lib. 9. tit. 1. l. penultima. §. 3. Si quis ex Familiaribus, vel ex Servis cujuslibet domus, cujuscumque criminis delator, atque accusator emerit, ejus excommunicationem, caput, atque fortunam petiatur, cujus familiaritati, vel dominio hæret, ante exhibitionem testium, atque examinationem iudicis, in ipsa expositione criminum, atque accusationis exordio, ultore gladio feriatur. Vocem enim funestam intercedi oportet potius, quam audiri. Majestatis autem crimen excipimus. Similiter l. ultima. §. 4. Si liberti accusatores Manuiforum, Hereditumve esse præsumperint, eodem quo Servi supplicio tenebuntur, luituri poenas ante prohibita delationis exordium.
 § CORR. ROM. a Et, qui ingenuus esse dicitur.] In Lege ipsa est, quam ingenuum esse dicitur. Mulierem enim alloquitur. Quare paulo etiam inferius, ubi apud Gratianum legitur, utrum ut in liberum, & ingenuum, an ut in servum, in lege est, utrum ut in liberam, & ingenuam, an ut in ancillam. Duas etiam, quas proxime recitat Leges, Gratianus suo modo in summam redegit.
 CAUSA IV.
 Quidam in excommunicatione constitutus Episcopum accusare disponit, adolescentem infra decimum & quartum ætatis annum ad assertionem suæ causæ adducit: prohibitus ab accusatione adolescentem accusatorem, & se testem facit; adolescens personam accusatoris, & testis gerere cupit: die statuta ad iudicium electorum Judicium Episcopus minime occurrit: à communione suspenditur: tandem renovato iudicio accusator culpabilis in accusatione invenitur: demum ad assertionem propriæ causæ procedit.
 I. Hic primum queritur, an in excommunicatione constitutus alium accusare valeat.
 II. Secundo, an infra decimumquartum annum in criminali causa testari quis possit.
 III. Tertio, an ab accusatione prohibitus, personam testificantis possit assumere.
 IV. Quarto, an idem possit esse accusator & testis.
 V. Quinto, an die constituta non occurrans, à communione sit renovendus.
 VI. Sexto, si in Episcoporum iudicio accusatoris persona culpabilis inventa fuerit, an ad assertionem propriæ causæ de cetero sit admittenda.
 AN EXCOMMUNICATUS ALIUM ACCUSARE VALEAT.
 QUESTIO I.
 DE prima Quæstione sic statutum legitur in primo & secundo capite
 I. CONCILII CARTHAGINENSIS VII. in Africano, cui interfuit Pausinus Romana Ecclesie Leg. c. 95. & 96. gatus. [an. 419. in Africa.]
 Ad accusationem non admittatur, qui in excommunicatione perseverat.
 Diffinitum eum seclè 21 accusationem non admitti, qui postquam excommunicatus fuerit, in ipsa adhuc excommunicatione constitutus, five sit Clericus, five Laicus, accusare voluerit. §. 1. Omnes etiam infamia maculis aspersi, id est, Hæreticos ac turpitudinibus subjectos persone, Hæretici etiam, five Pagani, five Judæi ab accusatione prohibentur.
 § CORR. ROM. a Ab accusatione prohibentur.] A concilio absunt hæc verba: subintelliguntur enim illa ex principio capitis, ad accusationem non admittantur.
 II. Item NICOLAUS Papa I. in Epistola ad Michaëlem Imperatorem, cujus initium est, Proposueramus. [an. 865. Romà Constantinopolim.]
 Hæretici probantur, qui schismate, vel excommunicatione ab Ecclesia sunt separati.
 Quod autem hi, qui à jam fato Fratre & Commisistro nostro Ignatio depositi, excommunicati, vel anathematizati fuerant, nullam adversus eum damnationem intorquere poterint, ex prolato se secunde universalis Synodi capitulo declaratur, cum dicitur. [Si verò Ecclesiasticum fuerit crimen, quod Episcopo illatum extiterit; tunc probari oportet accusantium personas, ut primo quidem Hæreticos non liceat accusationes contra Orthodoxos Episcopos pro Ecclesiasticis negotiis facere.] Sed ne hos Hæreticos esse denegatis, audite sequentia. [Hæreticos autem (iniquum) dicimus tam eos, qui olim ab Ecclesia projecti sunt; quam qui post hæc à nobis anathematizati sunt.] Porro, si adhuc nec sic creditis, audite quod subditur. [Præter hos autem (antiquos) et eos, qui fidem quidem sanam simulant confiteri, Schismaticos etiam, & eos, qui seorsum à communicantibus nobis Episcopis collectas faciunt. Deinde vero, & si quidam ab Ecclesia super causis quibusdam rea-

Supp. ead. g. c. 1. §. 4. Burch. l. 16. c. 13. Ansel. l. 3. c. 62. Ivo, p. 5. c. 245. GRATIAN. b al. Senonensi. c al. Herimannum. d Burch. l. 1. c. 171. Ansel. l. 3. c. 55. Ivo, p. 5. c. 249. Pann. l. 4. c. 93. GRATIAN. 2. Pars. c. Et novel. l. 90. c. 2. apud Iudicem esse volumus, dum ad hoc ipsum testes asserunt, ut perhibeat testimonium pro faciendâ solutione, & ex transitu perhibita testimonia (ut si propter aliud opus adveniens audivisset dicentem se accepisse ab aliquo aurum, aut debere alicui) nulla ratione valere censemus. §. 2. Simul autem necesse est ut videant. Quod si alius uno, alius alio tempore viderit, diveritas temporum eorum testimonium non admittit. Unde
 XVI. LEO Papa. [fortè c. an. 450. Romà.]
 Non admittuntur ad testimonium, quis non eodem tempore, negotio interfuisse consiterit.
 Nihilominus quoque puniendi sunt testes, qui ad calumniam aliquid testificantur, nec eorum voces tamquam plurium admittuntur, quos temporum quidem diveritas simul interfuisse prohibuit.
 XVII. Item AMBROSIIUS in libro de Paradiso, c. 12. [an. 375. Mediolani.]
 Ad seriem gestorum, testis ex suo nihil adjiciat.
 Pura, & simplex a testimonii series intimanda est. Pleurumque testis, dum aliquid ad seriem gestorum ex suo adjicit, totam testimonii fidem Partis mendacio decolorat. Nihil igitur, vel quod bonum videtur, addendum est.